

www.e-rara.ch

De proprietatibus rerum libri XIX

Bartholomaeus <Anglicus>

Lyon, 1482

Eisenbibliothek Schlatt

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-111423>

Probemium.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Prohemium

Incipit prohemium de proprietatibus rerum fratris Bartholomei anglie & ordine fratrum minorum.



Primo proprietates rerum sequatur substantias

secundum distinctionem & ordinem substantiarum erit ordo & distinctio proprietatum de quibus adiutorio diuino est presens opusculum compilatum utile mihi & forsitan alijs / qui naturas rerum & proprietates per sanctorum libros necnon & philosophorum dispersas non cognouerunt / ad intelligenda enigmata scripturarum que sub symbolis & figuris proprietatum rerum naturalium & artificialium a spiritu sancto sunt tradite & velate. que admodum ostendit beatus dyonysius in angelica hierarchia circa principium dicens. Non est nobis aliter possibile lucere diuinum radium / nisi varietate sanctorum velaminum anagogice arcium lacuum. quoniam neque possibile est nostro animo ad immateriales celestium hierarchiarum ascendere contemplationem / nisi ea que secundum ipsum est materiali manuductione utatur. (quasi diceret) non poterit animus noster ad inuisibilem contemplationem ascendere / nisi per visibilem considerationem dirigatur. Inuisibilia enim dei per ea que facta sunt intellecta cognoscantur ut dicit apostolus. Et ideo theologia per uide sacris & poeticis informationibus usa est ut ex rerum visibilibus similitudinibus allegorice locutiones & mystica intellectus transumptiones formarent / & sic carnalibus & visibilibus spiritualia & inuisibilia cooperentur. Huius rei gratia presens effectio opusculum ad edificationem domini dei / qui est deus gloriosus & sublimis & benedictus in secula seculorum. In quo agit de quibusdam proprietatibus rerum naturalium quarum alia est incorporea / alia corporea. Et primo de proprietatibus substantie incorporee secundum sui differentias quarum alia est corpori inuisibilis / ut anima rationalis sensibilis & vegetabilis. alia non inuisibilis corpori. ut angelus

Et angelorum / alij sunt boni / alij mali. In bonis vero angelis ordo est secundum trinitatem multiplicationem trinitatis. unde a beato dyonysio distincti sunt tres hierarchie celestes / quarum quilibet trium ordinum continet dispositiones. Hec & noue itaque sunt de quibus in hoc opusculo adiuuante deo per ordinem est agendum. & hoc itaque in eo quod in spirituali. Primo igitur agitur de deo & nominibus diuinis que dicuntur de deo vel quo ad essentiam / vel personam / siue quo ad effectum / siue appropriationem. Secundo de proprietatibus angelorum tam bonorum quam malorum in generali & in speciali. Tertio de proprietatibus anime rationalis / quo ad nature sue simplicitatem / & quo ad unitatem suam diuersitatem / & de eius unione & operatione in corpore prout confert ei formam & perfectionem.

Quarto de proprietatibus substantie corporee. scilicet de elementis & elementaribus qualitibus & ex quibus proponitur omne corpus. & de quatuor humoribus ex quibus proponitur corpora tam hominum quam brutorum. Quinto de hominis corpore & de singulis eius partibus de quibus sacra scriptura facit mentiones. Sexto de creaturis. Septimo de infinitatibus & venenis. Octauo de mundo & corporibus celestibus. Nono de rebus & partibus terris. Decimo de materia & forma & earum proprietatibus & elementis. Undecimo de aere & passionibus eius. Duodecimo de animalibus in generali & in speciali. Tredecimo de aqua et eius differentiis / eius ornatu. scilicet piscibus. Decimoquarto de terra & eius partibus. Decimoquinto de puincis. Decimosexto de lapidibus & metallis. Decimosextimo de herbis & plantis. Decimo octauo de animalibus. Decimonono de accidentibus. scilicet de coloribus / saporibus &c. In istis decem & nouem libellis rerum naturalium proprietates summarum & breuiter continentur prout ad manus meas spero que effugerunt manus metentium peringere poterunt. In quibus de meo pauca vel quasi nulla apposui / sed oia que dicuntur de libris authenticis sanctorum & philosophorum excipiens sub breui hoc prohemio pariter compilauit sicut per singulos titulos poterit legentium industria experiri.

Incipit liber de proprietatibus rerum. Et primo de deo et eius essentia.